

Psalmus

periret ut salvi fieret: et ideo mittet illis de-
ognitionem erroris ut credant mendacio: et
iudicent omnes qui non crediderunt verita-
ti: sed consenserunt iniurianti. Per istum re-
fugam: per istum qui se extollit super omne
quod dicit deus: et quod colitur: videt mihi
populus Israeliz carnalium putaturum im-
pleri istam prophetiam: qua dictum est. Saluos
nos fac dominus deus noster: et congrega nos de
gentibus: quod illo duce velut in conspectu ini-
micorum suorum visibilium: qui eos visibiliter
captiuauerat: habituri sunt visibilem glo-
riam. Sic credunt mendacio: quia dilectionem
veritatis non receperunt: ut non bona carna-
lia: sed spiritualia concupiscerent. Sic enim a
diabolo decepti sunt: ut occiderent christum:
qui dixerunt: **D**omi dimittim eum sic: omnes
credent in eum: et venient romani et tollent
nostrum et locum et gentem: quando Laibas
vnum ex ipsis cum esset pontifex anni illius di-
xit eis: **V**os nescitis quicquam: nec cogitatistis:
quia expedit vobis: ut vnum moriat homo
pro populo: et non tota gens pereat. **H**oc autem
sicut euangelista intellexit: non a seipso dixit: sed
cum esset pontifex anni illius prophetavit: **Q**uia
Iesus moriturus erat pro gente: et non tamen pro
gente: id est pro omnibus que perierant domus
israel: sed ut filios dei qui erant dispersi con-
gregaret in unum. **H**abebat enim alias oves
que non erant de illo ouili. **I**stas vniuersas
oves: et de israelitis: et de gentibus diabo-
li: et ei angelii captiuauerat. **E**xpulso itaque
ab eis diaboli dum in conspectu malignorum
spirituum quae eas captiuauerat ut saluent et
proficiant in eternum: vox earum est in prophetia:
Saluos fac nos dominus deus noster: et congre-
ga nos de gentibus: **N**on sicut pro antichristo
completi existimant iudei: sed pro christo do-
minus nostro venientes in nomine patris sui:
diem ex die salutare eius: de quo et hic dic-
tum est: **E**lsita nos in salutari tuo. **E**t di-
cet omnis populus. **I**ste predicatorum
ruin de circuncisione et propria: gens sancta:
populus in adoptionem. **Fiat fiat.**

ExPLICIT Tractatus de ps. CV.
Incipit Tractatus de ps. CVI.

Psalmus iste miserationes dei com-
memorat nobis probatas in nobis: et
ideo exoptis est dulcior. Et mirum si
potuerit suavis esse cuiilibet: nisi illi qui id
quod in isto psalmo audit: in se didicis. **N**on
tamen vni alicui vel duobus: sed populo dei
conscriptus est: et ad se agnoscendum tanquam in
speculo positus. **C**uius titulus non nunc tra-

CVI.

ctandus est. **E**sit enim: Alleluia. **A**t bis al-
leluia. **N**on nobis cantare certo tempore sol-
lenniter moris est: sed ecclesie antiqua tra-
ditione. **N**eque enim et hoc sine sacramento cer-
tis diebus cantamus alleluia. **C**ertis quidem
diebus cantamus alleluia: sed omni die cogitamus.
Sic enim hoc verbo significat laus dei: et si
non in ore carnis: certe in ore cordis: semper
laus eius in ore meo. **Q**uod autem non semel
sed bis habet alleluia: titulus iste: non huius
psalmi proprius est: sed et aliis superioribus habet
et. **E**t quantum appareat ex eius textu cantatus
est ille de populo israel. **C**antatur autem iste de
vniuersa ecclesia dei diffusa toto orbe ter-
rarum. **F**orte non in merito bis habet alleluia:
propter quod clamamus: **A**ffa pater: cum
aliud nihil sit affa: quam pater. **N**on tam
frustra dixit apostolus: in quo clamamus: abba
pater: nisi quia unus quidem paries venies
ad lapidem angularē clamat: abba: aliis
ex alio latere clamat: pater: in illo utique la-
pide angulari qui est pax nostra: qui fecit
utique vnum. **C**lideamus ergo hic quid ad-
moneamur: et unde gratulemur: et unde ge-
mamus: et unde auxiliis postulemus: unde
deseremus: unde nobis subueniamus: quid si
mus per nos: quod per misericordiam dei: quod
nostra superbia conterat ut illius gratia glo-
rificetur: utique dominus quod dicitur sum:
si fieri potest conferat in se. **L**oquor autem
hominibus qui ambulati via dei: et constituti
sunt in aliquo profectu spirituali. **A**nde si qui
forte propter hoc minus me intelligunt: inue-
niant ubi sint: et proficiendo ad intellectum se-
stinent. **N**on autem arbitror deserturum deum
conatus nostrum: ut ad omnes pueniat quod
loquimur siue exoptos: siue inexoptos: ut ex-
opti approbent: inexopti desiderent: et omnibus
suavis sit disputatio mea: que primus domino
non suavis erit: si veridica erit. **V**eridica at
erit: si non mibi a me: sed ab illo erit. **S**ic ce-
pit psalmus.

Expositio psalmi.

Onitemini domino quoniā
suavis est: quoniā in se-
cu lu misericordia eius. **H**oc co-
fitemini: quoniā suavis est. Si gustastis co-
fitemini. Non potest autem confiteri qui gu-
stare noluit. **A**nde enim dicturus est suave
esse quod nescit: **V**os autem si gustastis quam
suavis est dominus: confitemini domino quo-
niā suavis est. Si gustastis auditate: con-
fessione ructare: **I**n seculū enim misericor-
dia eius: id est in eternū. **H**ic enim ita pos-

tum est in seculū: quia in nōnullis scriptū
re locis in seclm: id est qđ grece εἰς αἱωνα
dicit: in eternū intelligit. Nec enim miseri-
cordia eius ad tempus est: et nō in eternū:
cum ideo sit super homines hec eius mis-
ericordia: ut vivant cum angelis in eternū.
Dicāt qui redempti sunt a domi-
no: Redemptus quidē videt et populus
israel de terra egypti: de manu seruitū: ex
laboribus infructuosis: ex operibus luteis:
videam⁹ tamē vtrū ipsi sint qui hec dicūt:
qui ab egypto liberati sunt a dño. Non ita
est. Sed q̄ sunt isti: **Quos** redemit de
manu **inimicorū**. Adhuc p̄t q̄s q̄ illos
accipere redemptos de manu inimicorū:
hoc est egyptiorū: p̄prie exprimant q̄ sint
propter quos hec vult psalmus iste canta-
n. **Bē regionib⁹ cōgregauit eos.**
Possunt esse adhuc regiōes egypti. Quid
tamen etiā r̄nius p̄uincie regiones sunt.
Apte dicat. **Ab** oriente et occasu:
ab aquilone ⁊ mari. Istos ergo iam
redemptos intelligim⁹ in toto orbe terrarū.
Popul⁹ hic dei de magna ⁊ lata egypto li-
beratus: tanq̄ p̄ mare rubrū ducitur: ut in
baptismo finiat inimicos. **Sacramēto** enīz
tanq̄ rubri maris: baptismo sc̄z christi san-
guine cōsecreato: insequētes egyptij pecca-
ta delenſ: ⁊ te euadente nullus qui te p̄me-
bat remanet inimicus. **Isti** ergo dicāt hec:
et audiam⁹ iam fratres: quoniam⁹ dicis: iste
p̄plus dei: quid hic agat in cōgregatiōe om-
niū gentiū: redempta p̄ christū. Nō quasi
simul cōtingant hec que cantant in omnib⁹
gentib⁹: sed in singulis quibusq̄ credētib⁹:
in populo autē illo aliter. **Lotus** enim po-
pulus: tota illa gens ex semine Abrae fm
carnē: tota multitudo dom⁹ isrl̄ semel edu-
cta est ex egypto: semel p̄ rubrum mare du-
cta: semel ad terrā p̄missionis pducta. Si-
mul em̄ omnes erāt in quibus hec cōtinge-
bāt. **Hec** aut̄ oīa i figura cōtingebāt i illis:
scripta sunt aut̄ ad correctionē nostram in
quos finis seculorū obuenit. Nos ergo nō
simul omnes: s̄ paulatim singillatimq̄ cre-
dentes cōgregamur in vnam quādam ci-
uitatē: ⁊ in vnum populum dei: **Q**z in uno
quocq̄ nostrū etiā singula contingit: **Hec**
que scripta sunt contingit in p̄plo. Etenim
populus de singulis: nō singuli de popu-
lo. **N**uquid em̄ vnuis homo ex p̄plis: **Sed**
p̄plus ex singulis homib⁹ constat. **Quic-**
qd em̄ cum loquor agnoueris: in te quisq̄s
expius es: noli cogitādo quasi remanere:

te: et putare quod in solo te contingunt: sed crede
ista contingere: aut in omnibus: aut propter in om-
nibus qui veniunt ad hunc populum: et de ma-
nu inimicorum precioso sanguine redimuntur.
Repetitur est enim assidue quod cantauimus
modo: miseratio eius. **C**onfiteantur Alia lira.
domi miserationes eius: et mirabilis misericordie.
lita eius filius hominum. **I**stos versus
quatum animaduertere potuit: quod potestis
et vos: quam repetit: In quo numero quatum
domino adiuuante scrutari valuimus: signi-
ficat nobis quatuor quasdam temptationes:
ex quibus nos liberat cui consitent sue mi-
serationes. **F**ac enim hominem primo nihil que-
rentem: sed in vita veterem seductoria securi-
tate viventem: nihil putantem aliud esse post
hanc vitam quod finiendam: negligenter que-
dam et socordem: obrutum cor habentem: illece-
bris mundi et mortiferis delectationibus coso-
pitum: Ut excite iste ad querendam gratiam dei:
ut fiat sollicitus: et tanquam de somno euigilet:
nonne manus dei excitat eum? Sed tamquam a
quo sit excitatus ignorat. **I**ncipit autem iam dei
suavitatem gustare cum cognoverit veritatem fidem:
Sed antea cognoscatur delet erroris suum. **I**n-
uenit enim se in errore: vult cognoscere verita-
tem: pulsat ubi potest: temptat quod potest:
vagans qua potest: famam etiam patitur ipsius
veritatis. **P**rima ergo temptatione est erro-
ris et famis: **E**bi in hac temptatione fatiga-
tus exclamauerit ad deum: perducit ad viam
fidei: unde incipiat pergere ad ciuitatem quietis.
Perducit ergo ad christum qui dixit:
Ego sum via. **S**um ergo ibi fuerit: iam sci-
ens quid obseruare debeat: non nunquam mul-
tum sibi tribuendo: et quasi de suis viribus
plumendo: incipit configere velle bella con-
tra virtutem: et propter superbia superari. **I**nue-
nit ergo se ligatum difficultatibus cupidita-
tum: et non posse viam propter comedes am-
bulare: **I**nclusum se sentit difficultate vi-
torum: et tanquam muro impossibilitatis erector:
portisque clausis qua evadat ut recte vivat
non inuenit: iam scit quomodo vivere debeat.
Prius enim in errore erat: et famem veritatem
patiebat. **A**ccepit autem iam cibum veritatis: et
positus est in via: audit: viue bene: sed quod no-
sti. **A**ntea enim non noueras quemadmodum vi-
ueres: modo accepisti et nosti. **C**onat et non po-
test: ligatum se sentit: exclamat ad dominum. **S**e-
cunda ergo temptatione est difficultatis in bene
operando: sicut illa prima erroris et famis.
Exclamat et in hac ad dominum: liberat dominus de
necessitatibus: rumpit vincula difficultatis

constituit in operatione equitatis: incipit enim iam facile esse quod difficile fuerat: abstine a malis: non adulterare: non furtū facere: non homicidū: non sacrilegū: non aliena concupiscere: facta est facultas que fuerat ante difficultas. Post hoc dominus sine difficultate p̄stare: sed si h̄c sine difficultate haberemus: largitorē huius boni non agnosceremus. Si enim primitus cum vellet posset: et non sentiret aduersus se obnitentes cupiditates: nec vinculis suis grauata anima collidereb̄: suis viribus tribueret quod se posse sentiret: et non confiterent domino miserationes eius. Post has duas temptationes: primam erroris atq; opinie veritatis: secundam difficultatis bene operandi: tertia temptatio excipit hominem: ei loquor qui iam transiit has duas. Nam iste due facta et multis note sunt. Quis enim nescit se ab ignorantia venisse ad veritatem: ab errore ad viam: a fame sapientie ad verbū fidet. Hinc multi luctantur cum difficultib; vitorum suorum: et adhuc cōsuetudine colligati gemunt tanq; in clausura ex competitibus. Agnoscent et istam temptationem: quis iam dicant: si forte dicūt: In felix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Nam vide artissima vincula. Caro inquit cōcupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem: ut non ea que vultis faciat. Proinde qui iam est adiutus spiritu: ut quemadmodum noluit esse adulter: sic non sit: quomodo noluit esse fur: sic non sit: et cetera illa omnia que volunt homines vincere: et sepe inflexi superant: ut exclament ad deum: ut de necessitatibus eorum eruat eos: et de liberatis cōfiteant domino miserationes eius: Quisquis ergo talis est et vicit illas difficultates: et probabiliter iam cōversatur inter homines sine vila querela malorum morum: excipitur tertia temptatione tediū cuiusdam in mora huius vite: ita ut alii quādo eum nec legere: nec orare delectet. Tertia temptatio priori contraria: prius enim periclitabat fame: postea fastidio. Unde et hoc: nisi de quodā languore anime. Nam non te illicit adulterium: nec tamē delectat dei verbū. Nam post periculum imperitie et cōcupiscentie: de quibus duobus te euassisce letaris: vide ne tediū fastidiū te necet. Non est et ista leuis temptatione. Agnosce te in illa: et exclama ad dominū: ut de necessitatibus tuis etiā hic liberet te: Et de hac temptatione liberatus cum fueris: confiteant

illi miserationes eius. Liberatus autem ab errore: liberatus a difficultate bene operandi: liberatus a tedio: fastidio q; verbi dei: fortassis dignus eris cui populū cōmittat: Constituaris in gubernaculis nauis recturus ecclesiam. Ibi quarta temptatione: tempestates maris quatientes ecclesiā: turbat gubernatorē. Benignus tres illas temptationes experiri potest omnis pius: fidelis in populo dei: quarta ista nostra est. Quāto enim plus honoramur: tanto plus p̄cūlātur. Detinendū est: ne auertat aliquē vestrum a veritate ad p̄culū erroris. Detinendū est: ne vincat vnuquemq; cupiditas sua: et eligit eam sequi: q; ex eius difficultatibus exclamare ad dominū. Detinendū est: ne vnuquisq; vestrum minus sapiat verbū dei: et fastidio moratur. Temptatio vno gubernandi: temptatione p̄culorū in regenda ecclesia nos potissimum tangit. Sed quomodo et vos alieni eritis: si tota nauis p̄cūlabitur. Qd ideo dixi: ne in hac quarta temptatione tangas nostra propria: opus est ut ab orationib; non desistatis: non vos primo naufragetis: si minus solliciti sitis: et pro nobis minus oretis. Quid enim fratres: Quia ad eadem gubernacula non sedetis: non in eadem nauis nauigatis. Post has quatuor temptationes: quatuor exclamatiōes: quatuor liberatiōes: quatuor miserationē dñica p̄ confessiones: Generaliter in hoc psalmo consequēter ipsa cōmenda ecclia: ut euidentissime noueritis: de q; psalm⁹ ab exordio loquebāt. Cōmenda autē ita: ut nobis omnibus dei gratia p̄dicetur: qui supbis resistit: humilib; autē dat gratiā: q; ideo ille venit: ut qui non vident videant: et qui vidēt cecifiant: q; oīs vallis implebit: et oīs mons et collis humiliabit. Quo cōmendato dicit ali quid qd etiā de hereticis intelligat: quibus tanq; ciuilib; bellis quatit ecclesia: et cōcludit psalmus quē iam exposui breui⁹ fortasse q; putabatis. Nam vlos adeo me istum totū psalmū aliquātum plixum exposuisse arbitror: ut iam officiū a me non expectetis disputatoris: sed pene lectoris: si tenetis que diri. Huto enim sunt ante oculos vestros constituta. Sed ut melius cōmēdent: breuiter replicent. Prima temptatione erroris et famis verbi. Secunda difficultatis vincendarū concupiscentiarū. Tertia tediū atq; fastidiū. Quarta tempestatis et periculorū in gubernandis ecclesijs. Et in his omnibus exclamatiōes et liberatiōes:

emiserionū dei cōfessiones. Ad extremū
ipius ecclesie fit cōmendatio: que salua fa-
cta est per gratiā dei nostri: non per meritū
suum. Et cōmemorat inimicorū afflictio:
propter superbiā: quibus extinctis: erecta
est ecclesia. Et ppter insidias quasdam di-
minutionis ab hereticis: et detrimentorum
quodāmodo domesticorū. Et ex his circa
ecclesiā diuina beneficia: et psalmi p̄clusio.
Legamus iam magis q̄d disseramus.
Dicant qui redempti sunt a do-
mino: quos redemit de manu ini-
micorū: de regionib⁹ congregauit
eos. **A**lb oriente et occasu: ab aq-
lone et mari. Christiani ergo ipi dicant:
de toto orbe cōuocati. **E**rrauerunt in
solitudine in siccitate: viaz ciuita-
tis habitatiōis nō inuenērūt. Er-
rorē mirabilem audim⁹: quid de inopia?
Esurientes et sitiētes erant: ani-
ma eorum in iplis defecit. Sed quare
defecit? Lui bono? Non enim crudelis est
de⁹: sed se cōmendat quod expedit nobis:
vt nobis deficientibus roget: et vt subueni-
ens ametur. Et ideo post hūc errorem et fa-
mem⁹ sitim. **E**t exclamauerunt ad
dominū cum tribularent: et de ne-
cessitatib⁹ eoru eripuit eos. Et quid
illis p̄stit: quia errabant? **E**t deduxit
eos in viam rectam: Nam ciuitatis
habitatiōis nō inueniebat: fame et siti es-
tabant et deficiebat. Et deduxit eos in viaz
rectaz. Ut irent in ciuitatē habitati-
onis. Quod subuenerit fami et siti nō dūm
dixit: sed et hoc expectare. **C**ōfiteant
domino miseratōdes eius: et mira-
bilia eius fili⁹ hominū. Dicte expti
inxptis iam in via positi: iam ad ciuitates
iueniendā directi: iam deniq; a fame et siti
liberati. **Q**uoniā satianit animā
inanem: et animā esurientē imple-
uit bonis. Tunc ergo bene: iam i via po-
situs es: iaz audisti quid agere debeas: qd
sperare: quid aliud excipit quoniā conans
et suparis. **S**edentes in tenebris et
vmbra mortis: copeditos in men-
dicitate et ferro. Unde hoc: nisi quia ti-
bitribuebas: quia gratiā dei non agnosce-
bas: q; consilium dei circa te reprobabas:
Nam vide quid adiungat: **Q**uoniā
immaricauerunt eloquū domini:
Per superbiā iusticiam domini nesciētes:
et suā volentes constituere. Et consilius
altissimi exacerbauerut. **E**t bu-

miliatū est in laboribus cor eoru.

Et nūc pugna contra concupiscentiā: deo
desistete ab adiutorio: laborare potes vin-
cere non potes: et cum fueris pressus cōsue-
tudine tua prava humiliabit cor tuum in
laboribus: vt iam corde humiliato discas
clamare: **I**n felix ego homo: quis me libe-
rabit de corpore mortis huius: **H**umilia-
tum est ergo in laboribus cor eorum. **In-**

firmati sunt: nec fuit qui adiuvaret **Allia lfa.**
eos. Quid ergo restat: nisi quare factum
est: Si enim data esset lex que posset vivi-
care: omnino ex lege esset iustitia. Sed cō-
clusit scriptura omnia sub peccato: vt pro-
missio ex fide Iesu christi daretur credenti-
bus. Lex subintravit vt abundaret delictū:
Accepisti verbum: accepisti preceptū: nec
desinis facere quod male faciebas: et acce-
pto p̄cepto auges peccata q̄ p̄uarationē
supbie. **D**ite ignorabas: vel disce te: humi-
liatus clamabis a necessitate liberareris: li-
beratus miserationes domini confiteberis.

Et exclamauerunt ad dominū cū
tribularent: et de necessitatib⁹ eoru
saluos fecit eos. Liberati sunt de secu-
da temptatione: restat tedi⁹ atq; fastidi⁹. **G**z
primo quid istis prestit liberatis videte.

Et edurit eos de tenebris et vni-
bra mortis: et vincula eoz dirupit. **Allia lfa.**

Cōfiteant domino miseratio-
nes eius: et mirabilia eius fili⁹ ho-
minū. Quare: Quas difficultates vicit?

Quia contriuit portas eregas: et
vectes ferreos cōfregit. **V**isce-
pit eos de via iniustitiae eoru: p-
pter iniusticias em suas humiliati-
sunt. Quia sibi tribuebant: nō deo. Quia
suā iusticiā constituebant ignorantēs dei
iusticiā: humiliati sunt. Inuenērunt se non
posse sine eius adiutorio: qui de suis solis
viribus p̄sumebant. Sed qd aliud genus
restat: **O**mnē escam abominata
est anima eorum: Nam fastidium pa-
tunt: fastidio languent: fastidio periclitā-
tur: Tusi forte putas occidi eos fame potu-
isse: et non posse fastidio. Tude quid sequa-
tur. Cum dixisset: **O**mnē escam abomina-
ta est anima eorum: ne quasi eos putares
de satietate securos: non magis videres de
fastidio morituros. **E**t appropinqua-
uerunt: inquit: vsq; ad portas mor-
tis. Quid ergo restat: Ut et quod te dele-
ctat verbum dei: non tibi tribuas: neq; hic
aliqua infleris arrogātia: et audiū cibi in

Psalmus

CVI.

eos qui fastidio plicitan superbe insilias.
Intellige etiam tibi prestiū esse hoc: non a
te tibi esse. Quid enim habes quod nō ac
cepisti? Hoc ergo intelligens: et hoc virtu
atq; languore periclitans: fac quod sequit.

Alia lira
† clamauerūt. **¶** Et exclamauerūt ad dominū cu
tribularent. † de necessitatib; eoru
liberavit eos. **¶** Quia languor erat nō
delectan. **¶** Misit verbū suū † sana
uit eos: Vnde qd mali habeat fastidiū: z
vide ynde liberat ille ad quem clamat fasti
diens. **¶** Misit verbum suum † sanauit eos.
Et eripuit eos. **¶** Unde: Non de errore:
non de fame: non de difficultate vincendi
peccata: sed De corruptela eorum.
Quedam corruptela mentis est: fastidire
qd dulce est. Ergo † de hoc beneficio sicut
de ceteris superioribus. **¶** Confiteant
domino miserationes eius: † mira
bilia eius filius hominū. **¶** Et sacri
ficient sacrificiu landis: Id em vt lau
detur: suavis est dominus. Et nūcient
opa ei⁹ in exultatione. Non cu³ tedium:
non cum merore: non cu³ anxietate: nō cu³
fastidio: sed cu³ exultatione. Quarta illa re
stat: in qua omnes plicitanur. Omnes. n.
in naui sumus: Alij operant: alij portant:
simul tamē omnes † tempestate plicitan:
z in portu saluant. Post hec em omnia se
quit. **¶** Qui descendant mare in na
vibus: facientes operatione in aq; multis.
Id est i populis multis. Aquas
enim sepe p populis ponit testis est apoca
lypsis Johannis: vbi interrogans Johanni
nes: quid ille aquae essent: Respoſu^z est ei:
populi sunt. Qui ergo faciat operationem
in aquis multis. **¶** Ipsi viderunt ope
ra domini: † mirabilia eius in pro
fundō. Quid enim profundus corribus
humanis: Inde plerumq; venti erumpit:
tempestates seditionū † dissentionū nauium
perturbant. Et quid agitur in his: Volens
deus: vt ad eum clamarent: z hi qui guber
nant: z hi qui portant. **¶** Virit et stetit
spiritus pcelle: Quid est stetit: Per
māsit: p duravit. Adhuc turbat diu iactat:
scut et non transit. **¶** Virit em † stetit spiri
tus pcelle. Et quid egit iste spiritus procelle:
¶ Et exaltati sunt fluctus ei⁹. **¶** As
cendunt vlg; ad celos: audēdo: De
scendunt vlg; ad abyssos: timendo.
Ascendunt vlg; in celos: descendunt vlg; in
abyssos: foris pugne: intus timores. **¶** An
ima eoz in malis tabescet. **¶** Tur

Alia lira
† interitions. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† misericordie. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

Alia lira
† annūcent. **¶** Et clamauerūt ad dominū cu
tribularent. **¶** Et de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

bati sunt † moti sunt sicut ebrius.

Qui sedent ad gubernacula: et qui indeci
ter nauim amant: sentiunt quod dico. Lur
bati sunt † moti sunt sicut ebrius.

Certe qui loquuntur: quādo legunt: quādo tractant:

sapientes apparent. Heu pcedolor ea te
pestate. **¶** Et omnis inquit: sapiētia eo
rum **¶** absorpta est. Aliquādo deficit. **¶** deuota

omnia humana consilia. Quaciq; se qsoz
conuerterit: fluctus tremunt: tempestas se
uit: brachia deficiunt. Quo prora impinga
tur: cui fluctui latus nudef: quo nauis im
pulsa dimittat: a quibus saxis ne pereat re
frenet: omnino a rectoribus non videt. Et

quid restat: nisi quod sequit. **¶** Et tercla
mauerūt ad dominū cu³ tribulare

† de necessitatib; eorum ed
xit eos. **¶** Et imperauit pcelle †
stetit in auram: Non stetit in tempesta
tem: sed in auram. **¶** Et siluerunt fluctus

eius. Audite de hac re vocem cuiusdam
governatoris plicitati: humilitati: liberati.

Holo inqt vos ignorare frēs de p̄sura nr̄a
q̄ facta ē in Asia: q̄ supravires ḡuati sum⁹

z sup̄ modū. Video omnē sapientiā ei⁹ ab
sorptam: ita vt tederet nos inquit etiam vi
uere. Et quid ille ita deficients desereret:

Aut nō ppterera illi defecerūt: vt ille apud
eos gloriam repperiret: Benig; quid sequi
tur: Sed ipsi in nobis metipis resposu^z mor
tis habuimus: vt non fidentes in nobis si
mus: sed i deo qui suscitat mortuos. Et im
perauit pcelle: z stetit in auram. Jam illi de
se apud se respōsu mortis habuerāt: quoq;
ois sapiētia absorpta erat. **¶** Et siluerunt

fluctus ei⁹. **¶** Et iocūdati sunt q̄
siluerunt: z deduxit eos in portū vo
luntatis eorum. **¶** Confiteant do
mino miserationes eius: Ubiqui om
nino: vbiq; confiteant domino: non mer
ita nostra: nō vires nostre: non sapientia no
stra: sed miserationes eius. Ille ametur in
omni nostra liberatiōe: qui est inuocatus i
omni nostra tribulatiōe. Confiteant domi
no miserationes eius. **¶** Et mirabilia ei⁹
filii hominum. Et videte unde dicat:
vnde omnia ista plocutus sit: vnde omnia
hec enumerauerit: vbi agant hec: **¶** Et ex
altent eum i ecclesia populi: z in ca
thedra seniorū laudent eum. Et exal
tent eum: hoc est laudent eum: et laudent
eum: hoc est exaltent euz. Exaltent: laudēt
populi z seniores: z negotiatores z guver
natores. Quid enim fecit in hac ecclesia:

Psalmus

Quid constituit? Unde illam eruit? **Quid ei prestitit?** Quemadmodum superbis resistit: humilibus gratiam dedit: Superbis scilicet primo populo iudeorum arroganti et extollenti se de genere Abrae: et quod illi genti sunt credita eloqua dei: non eis hec valebant ad sanitatem: sed ad exaltationem cordis: ad tumorem potius quam ad magnitudinem. **Quid ergo fecit deus?** superbis resistens: humilibus autem dans gratiam: ramos naturales propter superbiam amputans: oleastrum propter humilitatem infrens: **Quid fecit deus?** Audite hec duo: de primo quomodo superbis resistat: deinde quemadmodum humilibus det gratiam. **Posuit flumina in desertum.** Currebant ibi aquae: currebant prophetie. Quere modo apud iudeos prophetam: non inuenis. Posuit enim flumina in desertum. **Et exitus aquarum in sicutum.** Posuit flumina in desertum. Dicant iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius. Aduerbi posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sicutum. **Terram fructiferam in salinas;** Queris ibi fidem christi: non inuenis: queris prophetam: non inuenis: queris sacerdotem: non inuenis: queris sacrificium: non inuenis: queris templum: non inuenis. Quare hoc? Quia posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sicutum: terram fructiferam in salinas. **Ubi? Quo merito?** **A malitia inhabitantium in ea.** Ecce quomodo superbis resistit: Audi quomodo humilibus dat gratiam. **Posuit desertum in stagna aquarum:** et terram sine aqua in exitus aquarum. **Ethabitare fecit illic esurientes:** Quoniam illi dictum est: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Queris enim sacrificium apud iudeos: non inuenis secundum ordinem Aaron: quia posuit flumina in desertum. Queris secundum ordinem Melchisedech: apud illos non inuenis: sed per totum orbem celebratur in ecclesia: **A solis ortu usque ad occasum:** laudat nomen domini. **Et dicit deus illis quorum flumina posuit in desertum:** Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus: nec accipiunt sacrificium de manibus vestrum: **Qui ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offerunt nomini meo.** Ibi erant omnia immunda sacrificia: quando desertum erant: quando squalebant: quando saline erant omnes gentes: ibi nunc fontes: ibi nunc flumina: ibi nunc stagna aquarum: et exitus aquarum.

CVI.

Ergo superbis resistit: humilibus agit dedit gratiam: Et habitare fecit illic esurientes: quia edent pauperes et saturabuntur. **Et consti tuerunt civitatem habitationis.** Interim habitationis in spe: quoniam qui me audit inquit habitabit in spe. Et consti tuerunt civitatem habitationis. **Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas:** et fecerunt fructum frumentum. **A quem fructum gaudet opari?** ille qui dicit: Non quero datum: sed requiro fructum. **Et benedixit eos et multiplicati sunt nimis:** et iumenta eorum non sunt diminuta. **Hoc stat.** Firmum enim fundamentum dei stat: quia nouit dominus qui sunt eius. Iumenta enim et pecora dicuntur in ecclesia simpliciter ambulantia: sed utilia: non multum docta: sed fide plena: Ergo et spirituales et carnales benedixit eos: et multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non sunt diminuta. **Et pauci facti sunt et verati sunt:** Unde hoc? **Et transuerso?** Immo de interno. **Et enim pauci fuerint ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis.** Ideo autem tantum de his dicit: de quibus antea lo quebatur: ut cum intellectu discernatur: quia tantum de hisdem loquitur: propter communia sacramenta. **Ad populum enim dei pertinent: et si non per virtutem: certe per speciem pietatis.** **De illis enim audiuimus per apostolum:** In nouissimis temporibus instabant tempora seu. Erunt enim homines seipso amantes: primum malum seipso amantes: utique sibi placentes. Utinam si bi dispergerent: et deo placerent: utinam in difficultatibus exclamarent: et a necessitatibus liberarent. Sed multum de se presumentes pauci facti sunt. **Manifestum est fratres: omnes qui se dividunt ab unitate pauci sunt.** Multi enim sunt: sed in unitate dum non sunt separant ab unitate. **Cuz enim ceperit ad eos non pertinere multitudine unitatis: in heresi et scismate pauci sunt.** **Et pauci facti sunt et verati sunt.** **A tribulatione malorum et dolore.** **Effusus est contemptus super principes.** Reprobati enim sunt ab ecclesia dei: et magis: quia principes esse voluerunt: ideo contempti sunt: et facti sunt sal infatuatum projectum foras: ideo conculetur ab hominibus. **Effusus est contemptus super principes.** **Et seduxit eos in iniicio et non in via.** Illi superius in via: illi ad ciuitatem directi. **Denique illi deducti:**

Psalmus

CVI.

non seducti: isti autem nō in inuio seducti.
Quid est seduxit eos? Tradidit illos deus
 in cōcupiscentias cordis eorum. **Hoc est**
 em̄ seduxit eos: donauit illos sibi. **Nā si p-**
 prie queras: ipsi se seducunt. Qui enim pu-
 tat esse se aliquid cum nihil sit: seipsum se-
 ducit. **Quid est ergo seduxit eos?** Bimisit
 eos in inuio et non in via. **Quomō enim in**
 via homines: qui partē tenent et totum re-
 linquūt. **Quomodo in via?** Que est ergo
 via: aut ubi agnoscitur via? Deus inquit
 misereat nostri et benedicat nos: illuminet
 vultum suum super nos: ut agnoscamus i
 terra viam tuam. In qua terra? **In omni-**
 bus gentibus salutare tuum. Utiqz tales
 ut minuant: ut pauci siant hinc exeunt. A
 multitudine ynitatis omnes exierunt: sicut
 pauloante cōmemorauit dictuz de illis: Ex
 nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Si
 enim ex nobis fuissent: permanissent utiqz
 nobiscum. Sed si forte nostri sunt in occul-
 ta p̄scientia dei: necesse est ut redeant. Q̄
 multi non nostri adhuc quasi int̄: et q̄d mul-
 ti nostri adhuc quasi foris. **Nouit domin⁹**
 qui sunt eius: et illi non nostri qui intus sunt.
 quādo occasiones inuenientur exeunt: et illi
 nostri qui foris sunt quādo occasiones in-
 uenientur redeant. **Illud ergo accipite qd̄**
 nouit domin⁹: b̄m hoc seduxit eos in inuio
 et non in via. **Et quid de illis fecit?** Qd̄ di-
 cere ceperā: quod attente audiatis. Po-
 tut illos pati intus semper: sed nos de illis
 non p̄ficeremus. **Cum autem separati sunt et**
 p̄ questiōes malignas inquietant nos: ppo-
 sitū est nobis ex illis: et inquisitiōis studiū:
 et timoris exemplū. Unusquisq; tremit cuz
 alterū videt exisse: tanq; ex illius exitu di-
 cat illi: **Quapropter qui se putat stare vi-**
 deat ne cadat. **Prosum ergo quia exeunt:**
 nam si intus esent: et tam mali esent: nihil
 de illis p̄dēset. **Quid de illis dictum est in**
 qdaz psalmo: **Gregatio tauroꝝ: id ē cer-**
 uicatorꝝ et supboꝝ: int vaccas p̄loꝝ. **Vac-**
 cas dicit seductiles aias: que facile cōsen-
 tunt seductoribus tauris. **Sed quare hoc?**
Ut excludant hi qui pbati sunt argento.
Quid est vt excludant? Ut appareant: et
 emineant illi qui sunt pbati in eloquio dei.
Cum enim respondeat hereticis ex necessita-
 te: edificantur catholici ex utilitate. **Hanc**
 sententiā plane Paulus expressit. **Opor-**
 tet inquit em̄ hereses esse: ut probati mani-
 festi siant in nobis. **Oportet et tauros sedu-**
 centes esse: ut qui probati sunt argento ma-

nifesti sint: hoc est excludant. **Quid est ar-**
 gento probat? Eloquia domini: et quia
 casta: argentū igne examinatū: probatum
 terre purgatum septuplum. **Quicq; sunt**
 probati in hoc argento: id est in eloquio do-
 mini nō possunt plene exercere hoc argen-
 tum: nisi questionibus inquietati heretico-
 rum. **Et hic attendite: quia non p̄termissū**
 est. Ecce effusus est cōtemptus super prin-
 cipes: super illos tauros. **Quare contem-**
 ptū sunt: Aliud annūciantes. Qui sunt cō
 tempti: Anathematizati. **Quisquis enim**
 vobis annūciaverit p̄ter q̄d accepisti
 anathema sit. **Quid tam cōtemptum: q̄d sal**
 infatuatū: quod foras p̄iectū conculcat?
Et videte si nō principes sunt: ipm Paulum
 audite. **Licet si nos aut angelus de ce-**
 lo euāgelizauerit vobis p̄ter q̄d qd̄ accep-
 sis anathema sit. Principes sunt: docti sunt:
 magni sunt: lapides p̄ciosi sunt. **Quid ad-**
 huc dicturus es: **Nūquid angeli sunt?** Et
 tamē si angelus de celo vobis annūciaue-
 rit p̄ter q̄d qd̄ accepisti anathema sit: quia
 et ipse diabolus angelus de celo lapsus est.
Effusus est ergo cōtemptus sup principes
 eorum. **Et adiunxit pauperē a mē**
 dicitate: **Quid est ergo hoc fratres: cō-**
 tempti sunt principes: et adiutus est paup-
 er. **Abiecti sunt supbi et instructus est humi-**
 lis: hoc fecit et b̄ faciēdo: adiunxit pauperē a
 mendicitate. **Mendicus est ille: nihil sibi**
 tribuens: totum de misericordia dei expe-
 ctans: ante ianuā dominicā quotidie cla-
 mat pulsans ut aperiāt ei: nudus et tremēs
 ut vestiatur: oculos in terram deīciens: et
 pect⁹ tundēs. **Istū mēdicū: hūc pauperē:**
 hūc humilē adiunxit de plurimū: etiā te ipa
 separatiōe hereticōz: quia pauci facti sunt: et
 vexati sunt: et seducti sunt in inuio et non in
 via. **Benig⁹ quid postea ex illis?** **Bimini-**
 ti sunt seducti: pauci facti sunt: vexati sunt.
In adiutorio paupi qd̄ fecit: Et posuit
 sicut oues familias. **Quasi vñū pau-**
 perē: et vñū mendicū intelligebas: de q̄ di-
 xit: **Et adiunxit pauperē a mēdicitate.** **Pau-**
 per iste multe familie sunt: paup iste multe
 plebes sunt: multe ecclie. **Vna ecclia: vna**
 plebs: vna familia: vna ouis est. **Et posuit**
 sicut oues familias. **Magna mysteria ista:**
 magna sacramēta: q̄d p̄fundā plena myste-
 riorum: q̄d dulciter inuenta: quia diu latē-
 tia. **Ergo videbūt recti et iocūda-**
 bunt: et omnis iniqitas oppila-
 bit os suū. **Iniqtas illa garnēs: et vñitatē**
Alia fa.
t nō habe
t letabunt

Psalmus

tcogens manifestari unitate: victa oppila-
bit os suū. **Q**uis sapiēs t̄ custodiet
hec: t̄ intelliget miseratōnes dñi.
Videte quo fine clausit. **Q**uis sapiēs t̄ cu-
stodiet h̄: **A**lt qd custoditur e: **S**apiēs: id
est si paup sit custodit: si nō sit diues: id est
nō sit supbus: nō sit inflatus custodit hec.
Qware em̄ custodit h̄: **Q**uiā intelliget mu-
seratiōes dñi: **N**ō merita sua: nō vires su-
as: nō potentia suā: sed miseratiōes domi-
ni: **Q**ui errantē t̄ egenū i via deduxit t̄ pa-
uit: qui pugnantē aduersus difficultatē pec-
atorū: t̄ colligatum vinculis cōsuetudinis
soluit t̄ liberauit: **Q**ui fastidētē v̄bū dei: t̄
tedio quodā pene moriētē: missa medicina
v̄bi sui recreavit: **Q**ui giclitatē inf naustra-
gia: t̄ pcellos marb̄ discrimina: mari pla-
cato ad portū pdxut: **Q**ui eū deniqz psl-
tuit in eo p̄plo v̄bi humilib̄ dat gratiā: nō i
ullo v̄bi supbis resistit: t̄ fecit eū sū: t̄ intus
manens multiplicaret: vt nō foras extens
minueret. **H**oc vident recti t̄ iocidantur.
Omnis ergo iniquitas oppilabit os suū:
t̄ qui est sapiēs custodiet hec. **U**nde custo-
dier: **P**er humiliatē intelligēdo miseratiō-
nes dñi: quia v̄bīz dictum est: **C**onfiteant
domino miseratiōes eius: t̄ mirabilia eius
filiis hominū.

Ep̄icit Tractatus de ps. CVI.

Incepit Tractatus de ps. CVII.

Excusatio de omissione expo-
sitionis hui⁹ psalimi.

DSalmū centesimū septimū exponē-
dum nō putau: quoniā iam expo-
sui eūz in psalmo qnquagesimoex-
to: t̄ in psalmo qnquagesimonono: ex quo
rum postremis partib⁹ iste constat. **N**ā po-
strema ps qnquagesimosextri: p̄ma est hui⁹:
v̄sc̄ ad eum versum: v̄bi dicit. **E**t super
omnē terrā gloria tua. **H**inc autē v̄sc̄
in finem: postrema ps est: qnquagesimino-
ni. **S**icut postrema pars centesimi tricesi-
mi quarti: eadem est q centesimi tertijdeci-
mi: ab eo versu v̄bi dicit: **S**imulachra gen-
tiū argentū et aurum. **S**icut tertiusdecim⁹
t̄ qnquagesimus secundus mutatis aliquib⁹
medijs: eadē habet omnia a pncipijs v̄sc̄
in fines. **Q**uecūz igit in hoc psalmo cen-
tesimo septimo aliquātūlū aliter posita sūt:
qz illis duob⁹ ex quorū partib⁹ cōstat: nō
habet intellectū difficile. **S**ic i qnquagesi-
mo sexto dicit: **C**antabo t̄ psallā: exurge glo-
ria mea. **I**n isto aut: **C**antabo t̄ psallā
in gloria mea. **A**d hoc em̄ dictū ē illuc:

CVII.

exurge: vt i illa cātaref t̄ psalleret. **I**tē ibi.
Qm̄ magnificata ē v̄sc̄ ad celos misericor-
dia tua: vel sicut alij interpretati sunt eleuata
est: hic autē. **Q**m̄ magna ē sup celos
misericordia tua. **I**deo em̄ magnifica-
ta ē v̄sc̄ ad celos: vt magna sit i celis. **H**oc
en̄ voluit dicere sup celos. **I**tē i qnqua-
ge simonono. Letabor t̄ diuidam siccimā: hic
autē. **Q** Exultabo: t̄ diuidā siccimā.
Ubi ostendit: qr de diuidēda siccimā signi-
ficatū ē post dñi resurrectionē pdictū futu-
rū: t̄ illā leticiā ad hāc exultationē ptinere:
vt ideo letetur: qr exaltaf. **U**n̄ alibi dicit:
Couersti luctū meū in gaudiū mibi: cōsci-
disti saccū meū: t̄ accinxisti me leticia. **I**tē
ibi. **E**ffrem fortitudo capit̄l̄ mei. hic autē. **U**na lfa.
Effrem susceptio capit̄l̄ mei. **G**us-
cipiendo em̄ sit fortitudo: id est suscipiendo
fortes facit: fructificās in nobis: **I**nterptat
em̄ effram fructificatio. **S**usceptio ait ad
vtrūqz referri pōt: siue cū suscipim⁹ christū:
siue cū ip̄e nos suscipit qui ē caput eccl̄ie.
Et quod ibi ait: **T**ribulātes nos: hic autē:
Inimicos nostros. **U**nqz idē ip̄i sūt.
Admonemur sane isto psalmo eos titulos
qui tanqz de historia positi sūt rectissimi fie-
ri: vt fū p̄phetā intelligam⁹: fū qd vide-
mus psalmos esse cōscriptos. **Q**uid em̄ tā
diuersū fū historiā: qz id qd ē in titulo qn-
qz gesimū sexti psalmi. **I**n finez ne corrūpas
ip̄i David: in tituli inscriptiōez: cū fugeret
a facie Saul in spelācā. **E**t in titulo qnqua-
gesimoni. **I**n finem bis q̄ inutabunt in
tituli inscriptiōez ip̄i David in doctrina: cū
succedit Adesopotamiā: Syrā: t̄ Syrā
Gobal: t̄ cōuerst̄ Joab: et p̄cessit in valle
Galinarū duodecim milia. **N**ā p̄ter id qd
positū ē. **I**n tituli inscriptiōez: t̄ ip̄i David:
t̄ in fine: cetera ita diuersa sunt: vt ille ha-
beat b̄abilitatē David: iste fortitudinē. **I**lle
fugā: iste victorias. **I**llamē ex istorū duorū
posteriorib⁹ p̄tib⁹: quoqz tā diuersi sūt titu-
li: psalmus iste cōponit. **U**bi significat ad
vnū aliqd cōcurrere vtrūqz: nō supicie hi-
storie: s̄ altitudine p̄pheticie: copulatis vtrū-
qz finib⁹ in b̄ uno. **C**ui⁹ ē titul⁹. **C**āticū
psalmi ip̄i David. **N**eutro illi titulo si-
milis: p̄ter qd etiā b̄ positū ē: Ipsi David.
Qm̄ mltis patrib⁹ t̄ multī modis: sic ad he-
breos ep̄la loquit̄. **O**lim de⁹ locut⁹ est pa-
trib⁹ p̄phbas. **I**n eo tñ locut⁹ ē: quē misit
postea vt cōplerent̄ eloquia p̄phbas. **Q**uoqz
em̄ p̄missiones dei: in illo sunt.
Ep̄icit Tractatus de ps. CVII.